

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Sortilegium et diunatio a  
cum fonte primo et editione 1550

Varro dixit diuinationum quattuor esse genera: terram, aquam, aerem et ignem. Id est geomanciam, ydromanciam, aeromanciam, pirromanciam dictam augtomant.

Diuini dicti sunt quasi Deo pleni. Diuinitate enim se esse plenos simulant et astuta quadam fraudulencie hominibus futura coniecturant.

Augustinus in libro de natura demonum.

Varro dicit diuinationis quattuor esse genera, terram, aquam, aerem et ignem. Hinc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam dictam.

Diuini dicti, quasi deo pleni: diuinitate enim se plenos adsimulant et astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant.

Duo sunt [autem] genera diuinationis: ars et furor. Incantatores dicti sunt qui artem uerbis peragunt.

Isidorus Hispalensis, *Etymologiarum libri XX.*, 8, 9, 13-15 (W.M. Lindsay ed., vol.1, n.p., ll.6-12).

In quibus omnibus ars daemonum est ex quadam pestifera societate hominum et angelorum malorum exorta. Vnde cuncta vitanda sunt a Christiano, et omni penitus execratione repudianda atque damnanda. ←

Isidorus Hispalensis, *Etymologiarum libri XX.*, 8, 9, 31 → (W.M. Lindsay ed., vol.1, n.p., ll.23-26).

Varro dixit quattuor esse diuinationum genera: terram, aquam, aera et ignem. hinc geomanciam, ydromanciam, aeromanciam, pirromanciam dictam constat.

Diuini dicti sunt quasi Deo pleni. Diuinitate enim se plenos simulant et astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant.

Duo sunt autem genera diuinationis ars et furor. Incantatores dicti sunt qui peragunt uerbis artem.

Sunt arioli. sunt aruspices. sunt augures. Qui et auspices et sortilegi. auspicia et auguria. sunt phytones genetliaci. sunt salisatores. sunt et prestigia.

Cuncta autem haec sunt a Christiano uitanda. et omni penitus exacratione repudianda atque damnanda.  
nam

in his omnibus ars daemonum est ex quadam pestifera societate hominum et malorum angelorum exorta.

Isidorus libro 8. capitulo 9. ubi plenius de omnibus agitur et ex Augustino in decreto quaestione 26.

*Flores omnium fere doctorum* (Venetiis, 1550), fol.489r.